Strambali, Bartolomeo. Psalmi davidici quinis expleti numeris cum iis qui ad organum. Opus primum . . .Venezia, Alessandro Vincenti. 1619. RISM S6927.

Title:

PSALMI DAVIDICI
QVINIS EXPLETI
NVMERIS
Cum ijs qui ad Organum.
OPVS PRIMVM
BARTHOLOMAEI STRAMBALI
CLERICI VENETI.
Marcianæ Baſilicæ Cantoris.
AD AMPLISSS. D. M. PROCCO, DE SVP.
[Printer's mark]
VENETIIS,

Apud Alexandrum Vincentium MDCXIX.

Organ Title:

BASSVS AD ORGANVM
PSALMI DAVIDICI
QVINIS EXPLETI
NVMERIS
OPVS PRIMVM
BARTHOLOMAEI STRAMBALI
CLERICI VENETI.
Marcianæ Baſilicæ Cantoris.
AD AMPLISSS. D. M. PROCCO, DE SVP.
[Printer's mark]
VENETIIS,

Apud Alexandrum Vincentium MDCXIX.

Dedication:

Bartholomæus Strambali. | BORBONO MAVROCENO | IOANNI CORNELIO | ANTONIO BARBARO. | D.M. PROCVRAT. DE SVP. S.P.D. |

H*Oc habet virtus, Procuratores Inclyti, & ea maxime, quę in aĉtione conſi-|ſtit, vt omnino ſpeĉtari amet, & optimi cuiuſque animum ita inſideat, vt non | modo communi luci pateat abunde, verum de ſe etiam lucem prębeat nitidiſ-|ſimam. Quare optime, ac ſapientiſſime illi quidē, apud quos vna virtus, prę-|terea nihil in vita, in pretio eſt. Hæc etenim omnium mater officiorum ſem-|per extitit fœcundiſſima: quod ſi officia rite ſeruentur, quid eſt cur quis malo-|rum quippiam in omni vita reformidet? ſplendorem generis, diuitias, hono-*

|res, vires, valetudinem, & id genus alia, eſſe quidem è genere bonorum cō-|munis opinio eſt, ſed ea omnia, niſi ad virtutem dirigantur, tantum abeſt, vt ſint bona, vt etiam ijs | malorum omnium, ſi quæ ſunt in terris: quæ innumera ſunt, origo ſit referenda: quod ſi cum virtu-|te coniungantur, tunc opes, & regna quotidie videre eſt perpetuo veluti flore vernantia; tunc ge-|nus hominū sūma pace, & animi trāquilitate gaudere: quò magis in Principe viro expetēda eſt. Quæ-|re Maiores veſtri hac vna duce ad tanti fines imperij, vt facili negotio rem promouerunt, ita ſane | poſt ſe eam normā reliquere, cui inſiŝtens tota poŝteritas mirum quantum in omni genere laudis rem | propagarit, vt diſtributis cunĉtis ordinibus, tamquā de multis membris integrum corpus emerſerit, | ad res magnifice gerendas mirifice compaĉtum. Atque ego hic ſi Procuratoriam iſtam dignitatem | mēte reuoluo, hęret lingua ſi lingua, proſequor, nutat mens; quod vtrūq; quātū negotij exhibeat plu|ribus inbianti haud ſane facilis explicatio eŝt. vnum dicam, optimorum oculos tamquā ex orcheſtra | iſtuc eßе comeĉtos, iŝtuc efferri communes applauſus: nempe mirum in ſomma Rep. ſummum hunc | eſſe locum, & a prima ſede ſecundam potius ſedem, quàm proximam exiſtimari. Sed illud auget in | dies admirationem, quod noſtra memoria contigit tam perſpicuos viros, tam omnibus numeris ab-|ſolutos in eo vos gradu collocatos videre, vt non ſatis liqueat, vtrum ne veſtra virtus à tanta digni-|tate, an veſtra dignitas à tanta virtute cohoneſtetur. Dicam quod ſentio: ea re patri meo pręclare | aĉtum eſſe, qui è Cyprijs rebus immani clade profligatis in hæc loca receptus, hoc ſibi iam tum statis | tum eſſe voluit, vt veſtrę dignitati, ſi quam pro votis ſuſciperet prolem, obæratam vellet. Præclare | illud, ſed hoc ſapienter, & maximo noŝtro bono, quod me, & alterum filium forte ſuſceptos, & vt | cumque pro rei anguſtia educocatos, ea certe tenellos adhuc imbuerit opinione, vt nihil in vita iucū-|dius accidere poſſit nato Venetijs, de Patre præſertim tam miſere extorre, quam creditæ vobis Ba-|ſilicæ operam aliquo loco nauare, quo nos conſilio Muſicę Dei deſtinauit, vt hic tandem votis pro-|ueĉtiores ætate potiremur. Quod cum veſtra clementia iam pridem eſſet aĉtum, Patres Ampliſſimi | placuit meorum ŝtudiorum primitias vobis pro tanto munere inſcribere, non vt gratiam rependerē, | quod eſſet confidentis flagitium, ſed vt, quoquomodo poſſem, meam erga vos perpetuam obſeruan-|tiam, & nunquam interituram grati animi memoriam teſtatam relinquerem. Vòs, quæ veſtra eſt hu|manitas, ſuſcipite munus, fouete hominem, nam & ſi vtrumque perexiguum eſt, de me tamen af-|firmare auſim nihil animo datoris eſſe ſublimius; nihil quod veŝtram amplitudinem vehementis ad-|miretur. Valete. |

Index:

INDEX.

[column 1]

DOmine ad adiuuandum
Dixit Dominus Do. Primi Toni.
Confitebor tibi Domine. Secundi Toni.
Beatus vir qui timet Domi. Tertij Toni.
Laudate pueri Dominum Sexti Toni.
In conuertendo Dominus. Oĉtaui Toni.
Lætatus ſum in his Sexti Toni.

[column 2]

Niſi Dominus ædificauer. Sexti Toni.
Laudate Dominum. Oĉtaui Toni.
Lauda Hieruſalem. Sexti Toni.
Credidi propter. Sexti Toni.
Memento Domine Dauid Oĉtaui Toni
Magnificat Anima mea. Sexti Toni.
FINIS.

Contents:

DOmine ad adiuuandum
Dixit Dominus Domine   Primi Toni   Senza intonatione [all verses]
Confitebor tibi Domine   Del Secondo Tuono   Senza intonatione [all verses]
Beatus vir qui timet Dominum   Tertij Toni [all verses]
Laudate pueri Dominum   Sexti Toni   Sine intonatione [all verses]
In conuertendo Dominus   Oĉtaui Toni   Sine intonatione [all verses]
Lætatus ſum in his   Sexti Toni   Senza intonatione [all verses]
Niſi Dominus ædificauerit   Sexti Toni   Senza intonatione [all verses]
Laudate Dominum   Oĉtaui Toni   Senza intonatione [all verses]
Lauda Hieruſalem   Sexti Toni   Senza intonatione [all verses]
Credidi propter quod   Sexto Tuono   Senz intonatione [all verses]
Memento Domine Dauid   Oĉtaui Toni   Sine intonatione [all verses]
Magnificat Anima mea   Seſto Tuono   Senza intonatione [all verses]

Part-books:

CANTVS SECVNDVS	B^{14}	28pp.	Dedication.	Index.
ALTVS	D^{14}	28pp.	Dedication.	Index.
BASSVS AD ORGANVM	F^{14}	28pp.	Dedication.	Index.

Remarks:

Quarto format. Copy consulted: **I**-Bc. RISM S6927.